



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

Pro Parte V. Modus meditandi Præcepta, & Consilia Christi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

miraculosum, in diversis, vel eo saltem, cir-  
ca quem contigit miraculum.

V. Quis inde fructus à nobis hauriri pos-  
sit.

PRO PARTE IV.

*Modus meditando Parabolæ.*

I. **T**Ota Parabola, secundum substantiam  
& adjuncta, perfectè concipienda.

II. Inquirendum, quid significet Parabola.  
Quædam ab ipsomet Christo explicatæ  
sunt: aliæ declarantur à Doctoribus.

III. Facienda applicatio Parabolæ cum  
significato, per considerationem similitudi-  
nis, vel dissimilitudinis inter Parabolam &  
rem significatam, juxta scopum, qui in Para-  
bola potissimum quærebatur.

IV. Perpendendum, quid in alijs ex hac  
Parabola fuerit secutum.

V. Fruendus pro Meditante fructus.

PRO PARTE V.

*Modus meditando Præcepta, & Con-  
silia Christi.*

I. **V**idendum, quid prohibeat, vel jubeat,  
vel consulat Christus.

II. An rationabiliter, & quas ob causas,

P 3

III. Con-

542 MODI MEDIT.

III. Considerandi fructus vel damna, quæ ex observatione vel neglectu consequuntur.

IV. Introducuntur ij, qui præcepta, consiliave observârunt, aut neglexerunt, habitâ ratione fructûs & utilitatis, vel damni, quod experti sunt.

V. Quomodo ego me hucusque in observatione vel neglectu eorum habuerim, & habiturus sim deinceps.

PRO PARTE VI.

*Modi varij meditandi Passionem  
Dominicam.*

*I. Modus communis meditandi Passionem  
Domini.*

I. Consideretur, quæ & qualis sit Actio, vel Passio principalis in proposito pñcto: item, quæ talis Actionis, vel Passionis circumstantiæ; nimirum Loci, Temporis, Modi, &c. juxta vulgarem illum Versum: *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.*

II. Ex rebus his consideratis colliguntur virtutes tum aliorum, tum præsertim Christi patientis.

III. Expenditur, quàm heroicæ, seu difficiles virtutes illæ fuerint,

IV. Ap-